

Testacea marina in plano horizontali in se convoluta, spirā internā inter externam latentē, concamerata, seu polythalamia concamerationibus septulis semi-lunariis versus anteriora concavis, versus posteriora vero convexis inter se divisis, siphunculo per medium concamerationum à basi, ad apicem usque pervadente, primā concameratione reliquis subsequēntibus longē maiore ac ampliore puppig; niōra existente: Nautili crassi dicta, vulgō: Meer-Schiff: Kittel. Meer-Ferien-Schnecke.

Nautilus crassus per medium *septa* horizontaliter divisus, ut septula eius semi-lunaria cum siphunculo medium concamerationum pervadente apparent. Breyn. pag. 18.

